

[Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 106867; cf. 1068666 fol. 60]

NOBILITATE ET ERUDITIONE PRÆ-

STANTI IUVENI, DOMINO TYCHONI BRAHE.

S. P. D.

DICERE non potest um, Nobilissime et amantissime mi TYCHO, quanta voluptate me affeceris, non aitem eruditissime literis, ad me nuper datis, et contemplatione tua vere Mathematica, de miraculo a illa ad Cassiopeiam stella, quæ ante paucas hebdomadas plane conspicitur, quam ego quidem Cometam appellare solitus sum, secundum receptam ex ARISTOTELIS schola opinionem, licet ut fatear id, quod res potest tulat, propriæ meæ observationes, Quadrante illo maximo, ex tuo præscripto hæc fabrefacta, obtente convincant, id, quicquid erat iubaris, non infra Lunam fuisse, et in altissimum æthere, quidem nullæ proveniant parallaxes ex meis diligenter in titulis observationibus, et tamen non ausus fui dicere, supra Lunam extitisse, ne contra Philoponem, cuius præcipua est autoritas, quippiam affirmarem, qui Cælum nova non admittere corpora indubitanter statuit. Sed prævaleat autoritati experientia, præsertim cum tu accuratissime tuis Instrumentis et Observationibus idem, quod ego, deprehenderis: nimirum nullam prorsus adfuisse huic μ parallaxin, veluti etiam satis evidenter in hoc tuo eruditissimo scripto demonstrasti, quod sane longe antecellit omnium aliorum hætenus de eadem stella in publicum editas conceptiones, ita ut vix cum hac conferri mereantur: et optarem quam maxime, me id prius obtinuisse, ut de scripto eius cum doctis hinc Mathematicis, cum duraret adhuc ea stella, præsertim MÆSTHLINO, qui idem tecum sentire videtur, licet non tam evidenter atque dilucide, sed per ambages quadam demonstraret, communicare potuissem. Sed pro, me plura exemplaria a te obtenturum, eademque, uti polliceri videris, auctiora reddita, tum demum alij ea impertiar. Interea hoc meum, uti rem pretiosam, reservabo, et fratri [S. 15](#) meo atque WOLFIO nostro tendam. Quamprimum igitur plura ei commodi publicaveris, me eorum facere participem ne super eadeo. Adiunxi hiæ observationes meas in hac ipsa stella, et quibusdam alijs, factas eodem Quadrante permagno, tuo in tinctu hæc elaborato, quas examinare poteris, et tuam potest mihi de ijs indicare sententiam. Plura nunc scribere non vacat, ob negotiorum molem in hoc officio, quod sustineo, publico. Tu itaque vale, optime mi TYCHO, et sæpius me tuis eruditissimis literis invenire ne omittas. Iterumque etiam atque etiam vale. Datæ Augustæ Vindelicorum, Anno 1574 die 10. Martij.

T.

PAULUS HAINTZEL.